



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De Episcopo non consecrato c. 3.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

De Episcopo non consecrato.

Cap. 3.

ANTE Episcopatus collatio-
né Episcopus potest mul-
tis modis peccare, præci-
pué appetendo ipsum Episcopatū:
enim uero indignus, & non aptus
tanto regimini, qui Episcopatū vel
aliam dignitatem desiderat, nec
cogitat dignum se exhibere, peccat
mortaliter, & similiter qui illum
desiderat propter redditū vel ho-
norem tāquam propter finem, se-
cū si ab illis simpliciter ad hoc
mouetur, & non tanquam à fine.
Si quis autem Episcopatum desi-
derat propter officium, nempe,
vt profit, præcipue in necessitate
Ecclesiae, seu diuina reuelatione,
non peccat. nam vt sic qui Epis-
copatum desiderat, bonum opus
desiderat, & bene: primi autem

non bené, ideo nec sine peccato.
In ipsa collatione tripliciter po-
test peccare Episcopatum ample-
ctens. * Primo. Si est ignarus, & in-
eptus, aut publicus peccator. * Se-
cundo. Si per simoniam, vel frau-
dem illum acquirit, vel ante æta-
tem legitimam, aut sacrum ordi-
nem suscepturn antea, per sex
menses. * Tertio. Si Episcopatum
recusat pertinaciter, Papa præcipi-
ete, nisi sit ignarus vel inutilis. Post
collationē vero illi factam debet
intratres menses consecrari, sub
pœna restitutionis omniū reddituū
protata illius temporis, nisi vero
post sex menses curet se consecra-
ri, ipso iure perdit Episcopatum.

De Episcopo post consecrationem.

Cap. 4.

Ante omnia, Episcopo iam
consecrato necessaria est pa-
storalis residentia, etiam si